



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hunoldi Plettenbergi[i] E Societate Jesu Introductio Ad Jus
Canonicum**

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1692

Deiparæ Virgini Mariæ Coeli Reginæ Dominæ Nostræ. H. P:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62983)



DEIPARÆ VIRGINI
MARIÆ
COELI REGINÆ
DOMINÆ NOSTRÆ.

H. P.

SUpplex appendo Aræ tuæ,
DOMINA, has quales-
cunq; lucubrationes meas.
Tibi debentur illæ, sub cuius Nu-
mine & Presidio susceptæ, cuius
ope hætenus continuatæ sunt. Ita-
que revisens postliminio Cryptam
Hildesiensem sub Choro Ecclesiæ
Cathedralis, in qua jam Annus
unus de triginta volvitur, quod

TE COELI REGINAM in
statua thaumaturga, licet non eo,

) (2

quo



quo par erat, cultu & affectu
venerari ceperim, nunc iterum
TIBI supplici mente & poplite
me sisto, & hanc Introductio-
nem meam Tuo Patrocinio dico
& consecro. Imo totum me mea-
que omnia Tuo Servitio addico &
mancipo, ut quæ omnia potes
apud Filium, quia MATER es,
& per TE vis, quia BONA
& CLEMENS es, me Servu-
lum tuum infirmum, Filio, quem
genuisti, Judici meo concilies, cœ-
lo dignum efficias, & ex his eru-
mnis in æterna gaudia introducas.

Respice quoq; benigno obtutu,
O VIRGO DEIPARA, ex hac
Crypta veluti ex throno & sede,
quam ut Tutelaris Patriæ & Ec-
clesiæ Patrona elegisti, Diœcesim,
& hanc, quam Lipsanothecâ
Tuâ Marianâ, & nive cœlitus
demissa



demissâ designasti, Basilicam Ca-
thedralem, tuere illam malisq̃
ingruentibus opportuna exhibe
remedia. Aspice & hanc Tuam
Civitatem, eamq̃, quæ à TE &
Filio Tuo recedendo prisca dese-
ruit sacra, novisq̃, adheret riti-
bus, ad agnitionem veritatis, a-
vitam fidem, & Tui amorem
attrahe. Tuam dixi, DOMI-
NA, Civitatem, nam tuis pro-
digiis concepta, tua obstetrican-
te manu è paludibus vepribusq̃,
prognâta, & tua pientissima cu-
ra & favore educata est, ut
in eam, quam conspiciamus, am-
plitudinem excreverit.

Recipe hanc aberrantem
Tuam filiam quondam TIBI di-
lectam, & cœlesti nive dealba-
tam, cumque candorem suum
pristi-



pristinum violarit, absterge
maculas, ut jam iterum pri-
marvâ & TIBI gratiose No-
menclatione non tam Hildes-
heim, quam Hilgenschne ap-
pellari possit.



A D